sibilitatē vniuersalis.qd ergo sufficit ad possibilitatē eius:
dico ꝙ requiriť ⁊ sufficit ꝙ oēs singulares simul esse ve/
ras sit possibile.i.ꝙ hec sit possibilis: omnes eius singula/
res simul sunt vere: ⁊ cōformiter dicatur de possibilitate
ꝓpositionis copulatiue. ¶ Sed diceres.pbo ergo ꝙ hec
sit possibilis in qualibet parte ꝓportionali alicuius hore
deus faciet vnū lapidem pedalē:cuius tamē oppositū di/
ctum est.pbatur.nā p̄mam eius singularem esse verā est
possibile:⁊ scdam eius singularem esse veram est possibi/
le:⁊ tertiam eius singulares esse verā est possibile:⁊ nō est
aliqua eius singularis quin ipsam esse verā sit possibile.ḡ
omnes eius singulares esse veras est possibile: ⁊ si sic ipsa
est possibilis. ¶ Respōdeo.cōcedo totū antecedens ⁊ ne/
go ꝓñam.vnde consequens omnino est impertinēs antece
denti.vnde si cōsequētia valeret fm quā crediť argui in/
ductiue ꝓñs deberet esse vna propositio vniuersalis:sed ḡ
nō:ex quo est vna ꝓpositio cōposita de possibili.vnde ista

omnes eius singulares esse veras est possibile: est ita motum vniuersalis sicut ista.omnē boiez esse animal est possibile.mō sicut scitis talis nō est vniuersalis:sed idefinita sicut diffuse declaraui in logica. ¶ Scōo argr̄ ad 4am conclusionē si eēt pōse q̄ esset aliqua magnitudo ifinita:tunc esset pōse q̄ aliqd̄ corpus opacuz obyceret̄ alicui corpori luminoso:z tñ nō faceret vmbrā:qd̄ videt̄ eē falsuz.pbat̄ ꝓña.nā sit per aduersariū vnū corpus luminosum infim:z obyciat̄ sibi vnū corp9 quadratū pedale.pbo q̄ nō facit vmbrā pro quo suppono q̄ qlibet ille punctus medij illuminat̄ qui est retro corpus opacū ad quē ptingit aliqs radius recedēs vel rectus:ab aliquo pūcto corporis luminosi.Deinde suppono q̄ illud corp9 luminosuz sic se hēat q̄ ꝓportionalr fm q̄ puncta ei9 plus distant a corpore opaco habeāt plus de luce intātū q̄ qlibet punctus illius corporis luminosi possit radiare vsqz ad corp9 opacū:tunc arguit̄ sic.qlibet pūctus medij retro corp9 opacū illuminat̄. q̄ illud corpus opacū nō facit vmbrā.ꝓña tenet.añs pbatur.nā quocūqz puncto medij dato retro corp9 opacuz ille distat a corpore opaco.q̄ ad quēlibet talez punctū pōt puenire radius rectus ab aliquo pūcto corpis luminosi absqz hoc q̄ ipediat̄ p corpus opacū.z p ꝓñs p vnā suppōnē qlibet pūctus medij retro corpus opacum illuminat̄ qd̄ erat pbandū. ¶ Tertio arguit̄ sic.si eēt pōse aliquā magnitudinē eē ifinitā:tunc eēt pōse q̄.a.per vnā totā horaz eēt finitū z in instāti termināte illaz horā exclusiue eēt ifinitū: z tñ in illo instāti nihil sibi addere t̄: qd̄ vī eē incōueniēs. pbat̄ ꝓña.nā sit.a.vnū pedale qd̄ in p̄ma pte ꝓportionali alicuius hore crescat ad duplum:z in scōa ad quadruplū: z sic vltra quō volunt pbare possibilitatē ifiniti:tūc in qualibet parte ꝓportionali illius hore est finitū:sed in instāti termināte exclusiue illā horā est infim:ex quo tūc est cōpositū ex ifinitis quātis nō cōicantibus quoꝝ qd̄libet est tñ sicut aliqd̄ certū datū:z tñ pro illo instāti nihil sibi addit pp hō q̄ positū est:q̄ augeat̄ vsqz ad illud instans exclusiue:sic simili mō sequit̄ q̄ eēt pōse q̄ aliqd per vnā totam horā eēt infim:z in instāti termināte exclusiue illaz horam eēt finitū:z tñ in illo instāti nihil ab eo remoueret̄:hō itez videt̄ esse incōueniēs.ꝓña pz.si.a.qd̄ factū est infim econuerso minuat̄ per ptes ꝓportionales alicui9 hore sicut augebat̄ vsqz ad instās terminās exclusiue illā horaz. ¶ 4o ad idē.nā dato opposito ꝓclonis sequere t̄ q̄ eēt pōse q̄.a. z.b.p vnā totā horaz essent equalia z in instāti termināte exclusiue illā horā nō eēnt equalia:z tñ in illo instāti a nullo eoꝝ aliqd remoueret̄:nec alicui eorum aliqd addere t̄:hō iterū videt̄ esse incōueniens.pbat̄ ꝓña.nā sint.a.z.b.duo quanta pedalia: z augeantur in aliqua hora:sic q̄ in p̄ma parte ꝓportionali illius hore qd̄libet eoꝝ augeatur ad duplum:z in scōa ad quadruplū:z sic semp vsqz ad finez hore:tūc p totā horā.a.z.b.manēt equalia:exquo p totā horā sunt finita:z in p̄n° erāt equalia z equaliter augent̄:z tñ in instāti termināte exclusiue illam horā nō sunt equalia:exquo qd̄libet eoꝝ in fine hore est ifinitū: sed iter ifinita nō est equalitas nec iequalitas p Cōmētatorē 3°pby.ergo ꝛc. ¶ 5° ad idem.dato opposito ꝓclonis sequere t̄ q̄ p totam horā.a.eēt maius.b.z in fine hore nō:z tñ in fine hore nec a.nec.b.aliqd addere t̄:nec aliquid ab eis remoueret̄: hoc itez videt̄ eē incōueniēs.pbat̄ ꝓña.nā posito q̄.a.sit duplu ad.b.z augeat̄ in hora:sic q̄.a.cōtinue maneat duplū ad.b.z q̄ in p̄ma parte ꝓportionali hore.b.augeat̄ ad duplum:z in scōa ad quadruplū:z sic vltra:in fine hore nihil addit̄ ipsi.a.nec remouet̄ ab eo:z sic sil'r est de.b.z tñ in fine hore.a.nō est maius.b.postq̄z tam.a.q̄.b.est infim.vnū aūt infim nō est maius alio:sicut postea pbabit̄. ¶ 6°dato opposito ꝓclonis:sequere t̄ q̄ sor.z pla.moueretur p horaz sic q̄ in qualibet parte ꝓportionali illius hore sor.pransiret duplum ad illud qd̄ pransiret plato:z tñ in fine hore p transitū a sorte nō eēt maius pransito a platone.pbat̄ cōsequentia.posito q̄ sor.in p̄ma parte ꝓportionali alicuius hore pransēat spatiū bipedale z plato pedale:z in scōa plato bipedale.sortes vō quadrupedale:z sic vltra eundo fm ꝓportionē duplā:tūc clarz est q̄ in qualibet pte ꝓportionali illi9 hore sor.pransit duplu ad illud qd̄ pransit plato:z tñ in fine hore pransitū ab vno nō est maius nec minus pransito ab alio:pp hoc q̄ in fine hore ab vtroqz pransitum est infim.modo vnū ifim nō est maius nec minus alio pransito. ¶ 7°dato opposito ꝓclonis: seqt̄ q̄.a.linea breuior.b. linea posset fieri lōgior ea p solū motū localē omni rarefactione z cōdēsatione amota:qd̄ videt̄ eē incōueniēs.pbatur ꝓña.nā sint.a.z.b.due linee equedistātes ptense in ifinitū versus oriens finite:tñ versus occidēs:z sic se habeāt q̄.b.versus occidēs terminet̄ ad centruz alicui9 circuli.a. aūt citra:tūc pz q̄.b.versus occidēs est ptēsa vltra.a.z per ꝓñs.a.vī esse breuior:tūc vlterius imaginemur q̄ ille due linee circūuoluētur:fixe tñ manētes circa puncta ad q̄ terminant̄ in circulo.circūuolutiōe aūt facta.a.prēdit̄ vltra b.sicut prius.b.ptendebat̄ vltra.a.sicut pz volēti iterī.q̄ videt̄ q̄ p solaz talē circūuolutionē.a.q̄ pus erat breuius b.factū sit lōgius.b.iter oēs istas rōnes ad quartā ꝓclonē positas p̄mam magis pōdero. ¶ Dubitat̄.nos possumus imaginari magnitudinē ifinitā.q̄ magnitudo ifinita saltē pōt esse.ꝓñtia pbat̄:qz nō possumus aliqd imaginari nisi imaginatio nostra ab aliquo moueat̄.q̄ si imaginemur aliquā magnitudinē ifinitā:videt̄ q̄ ad extra sit aliqua magnitudo ifinita mouēs ad hō imaginationē. Rñdet̄ q̄ de ifinito nō possumus hre nec habemus aliquē ꝓceptū simplicē plus q̄z de chimera:lz bene aliquē ꝓceptū cōplexum de infinito habeamus:z illi nihil corrñdet in re:pp hoc q̄ nō est aptus natus pro aliquo supponere: sed bene ptibus eius.vnde ego bene cōcipio corpus z cōcipio ipm esse finitum.deinde remouēdo hō ab illo ꝓcipio corpus sine termino:z talis ꝓceptus cōplexus nō hz corrñam in re q̄uis ptes eius habeant̄:z talis ꝓceptus cōplexus est ꝓceptus ifiniti. imaginādo q̄ corpus ifinitū nō mouemur ab aliquo extra qd̄ sit ifinitū:sed mouemur ab alys rebus per quarū spēs diuidēdo eas abinuicē formamus in nobis cōceptū de ifinito:qui tñ sicut dixi fm se totū nō habet corrñam in re:sed fm partes eius recte sicut est de cōceptu chimere.

Ad rationes. Ad p̄maz nego añs.z rō negationis pz ex p̄ma rōne adducta ad quartā ꝓclonē.Simili mō rñdeat̄ ad scōam. ¶ Ad tertiaz nego añs.pro pbatiōe dico q̄ aliqd esse cōpositū ex ifinitis partibus equalib9 nō sufficit ad hoc q̄ sit ifinitū:sed requirit̄ cū hoc q̄ ille partes nō sint cōmunicātes:sed q̄ oīno vna sit extra alterā:sed sic nō est in ꝓposito. ¶ Ad quartā que stabat in hoc q̄ sicut magnitudo pōt diminui in ifinitum per diuisionē ad subduplū:z ad quadruplū ꝛc.ita p appositionē illaꝝ partiū ad aliā magnitudinē illa alia videtur crescere in ifinitū.s.ad duplu z ad quadruplū ꝛc.hō nego: qz cū aliqua magnitudo per ablationez sue medietatis ad duplū diminuat̄: tūc alia sibi equalis p additionē illi9 ad eam ad sexqalteꝝ solu auget̄:z sic nō tātū augeat̄ vna magnitudo p additionē alicuius qd̄ resecat̄ ab vna alia:q̄tuz diminuit̄ illa a qua fit resecatio. ¶ Ad qntā dico:q̄ nō est possibile q̄ ex ifinitis corporib9 equalib9 nō cōmunicātibus fiat aliqd̄ corpus ifim deducta rarefactiōe z cōdensatione.Et cū dicebat̄ q̄ ifinite eēnt ibi spissitudines circunflexe iter quas maxima eēt finita:admittat̄.Et cuz vlteri9 arguebat̄.q̄ spissitudo ex oībus his aggregata esset finita. bene cōcedit̄:sed aliter nō:si ille spissitudines haberent se

adinuicem in cõtinua proportione.modo nõ est sic.vnde nõ eodẽ modo hz se ꝑma ad scõam sicut scõa ad tertiaz:ꝛ in hoc est dissimilitudo iter illas spissitudines ꝛ partes ꝓ portionales cõtinui.nã partes ꝓportionales in cõtinuo se hñt in cõtinua ꝓportione:ita ꝙ qualis est ꝓportio primi ad scõm:talis est ꝓportio secũdi ad tertium:ꝛ sic vltra.sic aũt nõ est de illis spissitudinib⁹. ¶ Ad sextã cũ arguit̃ de superficie.nego ꝙ aliqua sit supficies ifinita.Et cũ arguebatur de angulo recto:dico ꝙ nõ est ifinitus:lz sit cõpositus ex ifinitis angulis nõ cõicantib⁹ quoꝝ quilibet aliquo dato est maior.s.angulo cõtingentie.vnde hoc non sufficit ad infinitatẽ anguli:sed requirit̃ si debeat esse ifinitus ꝙ sit cõpositus ex infinitis angulis nõ cõicantibus:quorum quilibet angulo dato eiusdez speciei sit maiori: mõ sic nõ est de angulo acuto rectilineo:ꝛ angulo contingentie.sunt enim anguli diuersaꝝ specieꝝ. ¶ Ad septimã cũ argueba tur de magnitudine lineali dico ꝙ illa bene ꝓbat istaz cõclusionẽ ꝙ ifinita est magnitudo linearis:nõ tñ ꝓbant aliquã magnitudinẽ linearẽ esse infinitã:ꝛ ꝑmũ est cõcedendum.scõm vo negandus ꝼm ꝙ pz ex dictis in qõne.

¶ Adhuc aũt nečiuz ifinita magnitudine eẽ etiã loca ipsaꝝ ꝛc̃.Tex.cõ.LVIII. Qõ. X.

Uintum propositoꝝ erat.vtrũ infinitũ possit esse maius vel minus alio.si eẽnt plura ifinita.seu vtrum sit vnũ cõparabile alteri.Argũ ꝑmo ꝙ sic. qꝛ si eẽnt plura qõlibet eoꝝ eẽt quãtũ.propriuz aũt est q̃ntitati ꝼm eaz equale vel inequale dici:sicut dicit Aristo.in ꝑdicamẽtis.g̃ infinitũ põt esse ifinito equale vel iequale:ꝛ per ꝓñs cõparabile ꝼm maius ꝛ minus. ¶ Scõo.oẽ cõparatũ alteri aut excedit ipm:aut excedit̃ ab eo:aut est equale ei.g̃ sic videt̃ esse de ifinito respectu ifiniti si eẽnt plura. ¶ Tertio infinitũ est cõparabile finito:qꝛ maius est infinitũ.g̃ a fortiori est cõparabile ifi^{to}:qꝛ cõparatio fit iter res eiusdẽ rõnis modo magis ꝓueniunt duo ifinita q̃ finitũ ꝛ infi^{m}. ¶ Quarto.a.ꝛ.b.ifinita si eẽnt vel eẽnt equalia vel iequalia.si equalia:sic sunt cõparabilia.si iequalia:tũc vnum est maius et alterũ minus:qꝛ ꝙnto metaphysice dr:qõ ineq̃le idez est qõ maius aut minus. ¶ Quinto duo infinita sibi inuicẽ supposita sic se pñt hꝛe qõ neutruz excederet aliud nec excederet̃ ab eo.g̃ eẽnt equalia.ꝓña tenet.ꝑ vnuz ꝑn^{m} geometrie.añs pz.si eẽnt duo ligna versus oriens ifinita:ꝛ versus occidẽs vnũ eoꝝ nõ esset protensum vltra aliud:ꝛ vtrũqz eoꝝ esset pedaliter latũ. ¶ Sexto.oẽ totũ est maius sua parte in aliq̃ ꝓportione.mõ vnuz infi^{m} põt signari tanq̃ portio alterius sicut colũna ifinita eẽt portio ifiniti vndiquaqz:ꝛ multitudo partiũ medietatis est portio multitudinis partiũ totius. ¶ Septimo.omne cõtentũ est minus corpore ꝓtinente vel aggregato ex cõtinẽte ꝛ cõtento: sed colũna ifinita eẽt cõtenta in ifinito vndiqz si eẽt.g̃ ꝛc̃. ¶ Octauo.illud qõ totũ occupat est maius illo qõ nõ totum occupat:qꝛ si nõ:tunc pari rõne vnũ occuparet totum sicut alterũ.mõ sic est de duob⁹ ifinitis quoꝝ vnũ est ifi^{m} vndiqz ꝛ aliud nõ. ¶ Nono.oẽ corp⁹ est in loco sibi equali 4° physi.saltẽ capiẽdo locũ pro spatio imaginato.g̃ infinitũ ꝛ locus eius ifinitus sunt equales ẽt capiẽdo locũ pro superficie cõtinẽte infi^{m}:ꝛ sic saltem supficies cõtinentis ꝛ superficies cõtenti que sunt ifinite sunt equales. ¶ Decimo sic.sit.a.vnũ infinitũ ꝼm longũ pedaliter latũ ꝛ pedaliter ꝓfundũ:ꝛ.b.cõformiter longũ ꝛ minus latũ ꝛ profundum:tũc sequtur.a.excedit.b.ꝼm vnã dimensionẽ ꝛ ꝼm qd: ꝛ nõ excedit̃ ꝼm aliaz.g̃ est maius.ista ꝓña tenet.nã sic est in oibus corporib⁹ finitis.g̃ videt̃ sic eẽ in ifinitis si eẽnt.

Et si diceretur ꝙ lz in corporib⁹ finitis sic sit:nõ tñ in corporibus ifinitis sic eẽt si essent:vẽ esse qõdaz voluntariũ ꝛ sine rõne. ¶ Undecimo.omne figuratuz alio figurato est equale vel maius vel minus.pz statiz:qꝛ eq̃litas ꝛ iequalitas maxime ꝓbant̃ de figuris in geo^{a}.mõ si essent due colũne ifinite ipse eẽnt figurate adhuc figuris eiusdẽ rõnis. g̃ vẽ ꝙ si eẽnt plura ifinita ipsa eẽnt adinuicẽ cõparabilia. ¶ 12° sit.a.finitũ duplũ ad.b.tunc ꝓtinue ꝑ ꝑtes ꝓportionales hꝛe duplet̃ vtrũqz:tũc statiz pz ꝙ nihil depdit̃ cõtinue ꝑ hꝛã de ista iequalitate aut ꝓportione:qꝛ cõtinue a.est duplũ ad.b.g̃ in fine adhuc est duplũ:qꝛ nõ depditur subito in vltimo instãti cũ additio fit successiua:ꝛ tñ in fine sunt duo ifinita:vt statim sequtur ex casu:ꝛ ꝑ idẽ potest argui ꝙ vnũ ifi^{m} ad aliud sit duplũ:triplũ:quadrupluz ꝛc̃. ¶ 13°.sit.a.mobile qõ in qualibet parte proportionali hore ꝑtrãseat vnũ pedale:ꝛ.b.sil̃r:tunc in fine.a.ꝛ.b.fuerunt equalr mota.g̃ ꝑtransiuerũt spatia equalia: sz ex casu sequtur ꝙ illa spatia sunt ifinita.g̃ per imaginationẽ sequtur ꝙ duo ifinita sunt equalia:ꝛ per ꝓñs cõparabilia. ¶ 14° arguit̃ sic.moueat̃.a.ꝑ bipedale ꝛ.b.per pedale sicut ꝑus in qualibet parte ꝓportionali hore:tũc.a.mouet̃ in duplo velocius ꝓtinue.g̃ ex diffõne velocioris posita 6° phy.a.in duplo velocius mouet̃.g̃ in fine ꝑtrãsiuit in duplo maius spatium:sz qõlibet eoꝝ ꝑransiuit infinitũ.g̃ vnũ infi^{m} alteri est dupluz:ꝛ ita põt argui ꝙ infi^{m} põt duplari ꝛ q̃drupla ri:ꝛ sic vlterius. ¶ 15° arguit̃ sic.infi^{m} posset augeri.g̃ infinitũ ifinito põt esse maius.ꝓña tenet.añs ꝓbat̃:qꝛ ad infinituz qõ nõ est vndiqz infi^{m} põt fieri additio.g̃ ex descriptione augmẽtationis fiet augmẽtatio: qꝛ augmẽtatio est ꝑtis q̃ntitatis additamẽtuz.sic g̃ argumẽtũ est de infinito ꝼm extẽsionẽ. ¶ Deinde arguit̃ de ifinito ꝼm virtutẽ vel itensionẽ.nã sit.a.vna columna ifinita:ꝛ.b.vna alia superposita:ꝛ sit.a.calidũ vniformiter in quolibet pũcto duob⁹ gradib⁹ intẽsiue:ꝛ.b.ifinitũ vniformiter frigiduz in quolibet suo puncto vno gradu frigiditatis:tunc pz ꝙ qõlibet pedale ipsius.a.aget in partẽ.b.cui supponit̃.g̃ totũ.a.aget in totũ.b.sed tam caliditas q̃ frigiditas est ifinita.g̃ vnuz infinitũ aget in aliud:ꝛ qꝛ agens excedit passum ꝛ est maius eo statim:sequit̃ ꝙ vnũ infinitũ est maius alio. ¶ Eodem modo eẽt si imaginaremur.a.esse vnum graue:ita ꝙ qõlibet pedale eius eẽt duaꝝ libraꝝ:ꝛ.b.vnũ leue: ꝛ qõlibet pedale eius eẽt sicut vna libra in granitate:quo posito a.moueret.b.ꝛ faceret.b.descẽdere tali velocitate sicut bipedale moueret pedale:ꝛ hoc eẽt a ꝓportione dupla.ergo vnũ infinituz est alteri dupluz.ꝛ per ꝓñs maius:etiã ga.a. est calidius.b.vel grauius:sequtur ꝙ habet maiorẽ calidita tem q̃ sit frigiditas vel leuitas ipsius.b.ꝛ tñ vtrũqz illorũ esset infinitũ. ¶ Scõo sic.sit.a.infinitum calidum infinite extensiue ꝛ intẽsiue:ꝛ.b.infinitũ habẽs caliditatẽ infinitam extẽsiue solũ: tũc cũ.a.sit calidius.b.in infi^{m}:sequitur ꝙ caliditas eius sit maior in infinitũ q̃ sit caliditas.b.que etiã est ifinita: qꝛ in vno pedali ipsius.a.est caliditas infinita:ꝛ tñ est maior in toto.a. ¶ Deinde arguit̃ de proportione ifinita:qꝛ dicit̃ ꝙnto Euclid̃.si aliqua fuerunt ꝓtinue proportionalia ꝓportio primi ad tertiũ est dupla ad proportionẽ ꝑmi ad scõm.modo qualis est ꝓportio corporis ad supficiẽ:talis est supficiei ad lineam.g̃ proportio infinita corporis ad lineam est in duplo maior q̃ sit proportio corporis ad superficiem. ¶ Secũdo in eodem quinto Euclidis dicitur:ꝙ si due quãtitates comparantur ad tertiaz illa tertia habebit ad minorem maiorem proportionem: sicut quatuor maiorem habent proportionez ad vnum q̃ ad duo.ergo angulus rectus habebit maiorem proportionem ad angulum contingentie minorẽ q̃ ad maiorẽ:ꝛ ad vtrũqz habet infinitam:vt patet tertio Euclidis.ergo vna

ꝓportio ifinita est altera maior. ¶ Deinde arguit de tpe: qr si mundus fuit ab eterno sicut fuit ꝓm Aristotelem: tūc luna fuit infinities eclipsata. ergo totū tēpus quo luna fuit eclipsata fuit ifinitū: ideo videt ꝙ totū tēpus eternum nō sit maius illo tpe in quo luna fuit eclipsata: nisi tūc ponatur vnū infi^{m} eē maius alio. z° nō esset eligibilius nūc incipere bre bonū in ꝓpetuum q̄ expectare adhuc iooooo annorꝫ: qr vtroqz mō haberet bonū infi^{m} in duratiōe ⁊ vna duratio ifinita nō est maior alia. g̃ ⁊c. ¶ 3° sequeret ꝙ nō eēt fugibilius bre malū ꝓpetuū aliquātuz itensuz q̄ in duplo vel in quadruplo magis itensuz: qd vr eē falsuz. ꝓnitia tenet: qr vtrobiqz eēt maluz similr ifinituz: ⁊ si alterꝫ non esset maius: tūc nō eēt fugibilius. ¶ Deinde argr de deo: sequeretur ꝙ deus nō pōt mouere infi^{m}: posito ꝙ fecisset vnū infi^{m}. ꝓna tenet: qr deus nō eēt potētior: exquo vnum infi^{m} nō eēt maius alio. ¶ z°. si faceret qualitatē ifinitam que eēt virtus ifinita: tūc deus nō eēt maioris virtutis: qd est incōueniēs. ¶ 3°. cum ipse sit oipotens tollat ab eo per imaginationē virtus calefaciēdi ⁊ dimittatur quo ad alia tūc est minus potēs. g̃ potētia ifinita est diminuta: ⁊ tn adhuc est ifinita: qr pōt ꝓducere infinitam frigiditatem.

Oppositum arguitur. nā ifinituz si eēt occuparet locuz sibi equalē vel spatiū imaginatum qd eēt ifinituz: ⁊ sic eēt ifinitū ifinito equale qd Arist. ⁊ Cōmētator reputat impoſe 3° phyſicorꝫ. modo si impoſe est ifinitum infinito eē equale pari rōne videt ꝙ impoſe sit ifinituz ifinito eē maius vel minus. ⁊ per ꝓns videtur ꝙ impoſe sit infinito infinitum esse cōparabile.

In ista qōne primo ponā duas breues distinctiones deinde ꝓnes. ¶ Prima distinctio est ꝙ equale dr dupl'r. Uno mō qn aliqua dnr eq̄lia sine additiōe ⁊ totū toti est equale in summa. ⁊ isto mō nihil simul est eidē equale ⁊ iequale. Alio mō aliqd dr eq̄le alteri ꝓm qd. s. ꝓm latuz vel ꝓm longuz: aut a dextris aut a sinistris ⁊c. ⁊ sic aliq̄ simul sunt eq̄lia ⁊ ineq̄lia ꝓm qd: qr aliqua eq̄lia ꝓm ꝓfundū sunt ineq̄lia ꝓm longū ⁊ ēt ꝓm latum. ¶ z^{a} distō. ꝙ aliqd dr maius alio dupl'r. vno° ꝓprie qa ad aliqd certū bz maiorē ꝓportionē: sicut tripedale ad pedale bz maiorē proportionē q̄ bipedale. g̃ est maius eo ꝓprie sicut pz ex qnto Euclidis. z°° aliqd dr maius alio ipropre: qr cōtinet aliqd totuz ⁊ adhuc plus lz nō habeat ad illud maiorē ꝓportionē: sicut si. a. eēt aggregatū ꝑ imaginationē ex vno corpe ⁊ vna supficie: ⁊. b. eēt corp° equale. a. accepto sine illa supficie: tūc. a. eēt maius. b. ipropre: qr indiuisibile additū idiuisibili nō reddit ipm maius.

Quantum ad scōm pro p^{a} ꝓclone ponēde sunt tres suppōnes. ¶ Prima est ꝙ nihil pōt fieri maius q̄ sit solū ex alia ordinatiōe ⁊ situatiōe ptiuz: nec pōt fieri minus sine subtractiōe vel cōdensatiōe. silr nulla multitudo pōt fieri maior multitudo sine additiōe vnitatis: nec minor sine subtractiōe. ¶ z^{a} suppō. ꝙ quecunqz sibiinnicē supposita vel ꝑ imaginationez applicata sunt: si vnū nō excedit aliud nec excedit: vnuz eorꝫ nec est maius nec est min° alio. ⁊ silr est de multitudinib° q̄ sic se bnt ꝙ cuilibet vnitati in vna corrnd̄et vnitas in alia eaꝫ vna nō est maior altera neqz minor: ⁊ ꝓ vr per se ma^{m} postq̄ vnū nō excedit alterū. ¶ 3^{a} suppō. ꝙ infiniti ad infi^{m} nulla est ꝓportio finita sicut dupla vel tripla ⁊c. qr tūc sequeret ꝙ finitū eēt medietas ifiniti vel pars aliquota: ita ꝙ finities sumpta faceret infi^{m}: qd iplicat: ⁊ itelligo ꝓ de ifinitis que eēnt eiusdē rōnis. ¶ Tūc sit ꝑma ꝓ. nullū infi^{m} altero infinito est maius aut minus. s. corpus corpore: supficies supficie: multitudo multitudine: tēpus tpe: virtus vtute. ꝓbat. nam impoſe est infi^{m} eē sicut dictū est ꝑus. g̃ ⁊c. ¶ Aliter arguit sic. nā per imaginationē si est possibile sit. a. vnum corpus ifinitū vndiqz: ⁊. b. sit vnū aliud ifi^{m} pedaliter latū ⁊ pedaliter ꝓfundū ⁊ in ifinituz longū so^{m} versus occidentem: tūc ꝑ imaginationē dimisso. a. sumat p^{m} pedale de. b. ⁊ fiat sphericū. deinde z^{m} addat ꝑmo ⁊ fiat totū sphericū. deinde 3^{m}. deinde 4^{m} ⁊ sic vltra: ⁊ non fiat rarefactio nec aliunde additio: ⁊ cōtinuet ꝓ ꝓm ptes ꝓportionales bore: qd aduersarius nō reputaret impoſe: tūc in fine bore totū ꝓ erit ifinitū vndiqz: qr ifinite sunt facte additiōes eq̄les. ponat g̃ per imaginationē ꝙ applicet ipsi. a. ac si duo corpora eēnt simul: tunc nō excedit. a. nec excedit: qr qlibet vndiqz est extēsum. g̃ ꝑ scdaz suppōnē nō erit maius neqz minus: sz ipsi. b. nihil est additū nec ipm est rarefactū. g̃ ꝑ ꝑmā suppōnē nō est augmētatū: g̃ in ꝑn° qn erat ifinitum so^{m} ꝓm lōgū ⁊ ab vna pte nō erat maius q̄. a. neqz minus: sed tn si aliqd infi^{m} est vel pōt eē maius alio. a. deberet eē maius. b. ¶ Et si dicat ꝙ non: imo forte sunt vel pnt esse duo alia ifinita: quorꝫ vnū eēt maius alio: hoc nō valet: qr de qbuscūqz alys ifinitis pōt eodez mō argui vt fiat ratio in generali arguēdo sic. Omne ifinitū pōt talr aptari sine diminutiōe vel augmētatione ꝙ alterꝫ ifinitū nō excedet ipm nec excedet ab eo. g̃ nullū altero est maius vel min°. aīs pz ex casu posito. ꝓnitia tenet ex suppōnib°. ¶ Juxta eandē imaginationē seqtur ꝙ ex. b. pōt fieri ifinitū vndiquaqz: ⁊ tn. b. adhuc nō eēt diminutū: vt si capiat scdz pedale: ⁊ deinde 4^{m}: ⁊ deinde 6^{m}: ⁊ deinde 8^{m} ⁊ sic vlteri° ꝓm partes alternatas ⁊ ponat in globo sicut ꝑus ⁊ alia pedalia remanētia ꝓiungant: tūc pz ꝓpositū. Nec soluz ꝓ seqt: sed ēt ꝙ ex ipso. b. nō diminuto pōt fieri adhuc vnū aliud ifinituz ꝑ eandē viam: imo ifinities ifinita. Ex hac imaginatione seqtur ꝙ impoſe est ifinitū eē sicut dicebat in precedēti qōne. ¶ Scdo arguit ad ꝓclonē sic. aut ifinitū excederet ifinituz excessu finito aut infinito: nō finito: qr tūc esset ꝓportio in ifinitū parua: qd pz: qr si eēt certa ꝓportio sicut dupla: tunc finitum eēt medietas ifiniti vel pars aliquota: qd est ꝓtra tertiā suppositionē: ⁊ si est in ifinitū modica: tunc vnū nō est maius alio ꝓprie: sicut pz ex scda distinctiōe. Nec pōt dici ꝙ vnū ifinitū excedat aliud excessu ifinito: qr aut hoc eēt finite. s. in certa ꝓportiōe sicut dupla vel tripla ⁊c. aut ifinite vltra oēm ꝓportionē finitam: nō pōt dici ꝑmū. nā tunc vnū infi^{m} eēt medietas alterius ifiniti cuius oppositū ostendit 3° phyſicorꝫ. nā sicut prius dicebat nō posset assignari vbi eēt mediuz: sicut pz de tpe eterno: nec pōt dici scōm. nā tunc nō esset ꝓprie maius sicut dicebat in scda distinctione sicut nec corpus est ꝓprie maius supficie nec supficies linea. ¶ Tertio. nā sit. a. vna linea sicut octo ⁊. b. sicut vnū: tunc ꝓm partes ꝓportionales bore cuilibet addat vnū: qd est possibile ꝓm aduersarium: tunc in fine quelibet illaꝫ lineaꝫ erit ifinita ⁊ ēt ꝓm aduersarios. a. in fine bore excederet. b. excessu finito. s. ꝑ septē: sed hoc est falsuz: qr ineq̄litas est diminuta in infi^{m}. vn semp fit minor ꝓportio in ifinituz. a. ad. b. in tali additione: ⁊ sic videt ꝙ in fine bore talis ꝓportio. a. ad. b. sit diminuta vsqz ad nō gradū. ⁊ per ꝓns in fine bore. a. nō erit maius. b. nec inequale. ¶ Quarto arguit de multitudine. nā sit vnū pedale ꝑ imaginationē diuisum per ptes ꝓportionales: tunc super ꝑmā partē sit aliqd album: sup scdam sit aliqd nigrum: ⁊ sup tertiā itez aliqd album: ⁊ sup quartam iterū aliquod nigruz: ⁊ sic alternatim de alys partib° ꝓportionalibus: tūc auferat ꝑmū nigruz ⁊ trāsferat scōm albuz sup scdaz ptē: deinde auferat 3^{m} nigrum trāsferēdo sicut prius. ⁊ ꝓnter amoueant omnia nigra: istuz casuz cōcederent aduersary: tūc clarū est ꝙ sup q̄libet ptē erit aliqd albuz. ergo per ꝑmā suppōnez multitudo alborꝫ nō est maior nec minor multitudine ptiū ꝓportionaliū: ⁊ ꝑ idez patet ex principio casus ꝙ tota multitudo alborū ⁊ nigrorum non

rum non est maior nec minor multitudine partiuꝫ ꝓportionaliũ.ergo sequtur q̃ alba ⁊ nigra simul sumpta nõ sunt plura nec paucioꝛa q̃ alba solũ.Eodẽ mõ si sup p̃am ponat vnũ albũ:deide trãsferẽdo ponat 2m albũ sup millesimã: deinde sup millesimã ab illa:⁊ sic consequẽter ꝓbabit vt prius:q̃ partes ꝓportionales nõ sunt plures q̃ illa alba:⁊ sile arg̃m solet fieri de coronis vel colũnis.¶ 5° arguit de virtute:⁊ sint.a.⁊.b.due vtutes ifinite fm aduersarios re̅ effectuũ eiusdẽ rõnis:tũc arguit.q̃ tũcũq̃ pot.a.tantũ pot b.ergo neutra excedit reliquã.ꝓña nota est.⁊ añs pz.qꝛ si a.pot plus q̃.b.tũc.b.nõ est vtus ifinita:qꝛ nõ posset tãtũ gn vna alia posset plus.¶ Et cõfirmat.qꝛ ex effectib̃ arguit maioꝛitas virtutis.g̃ si virt̃ est ifinita pot in effectũ infinitũ:⁊ iam ꝓbatũ est ifinitũ ifinito nõ eẽ maius.g̃ vna talis vtus nõ pot eẽ maior q̃ alia.¶ Pro 2a ꝓne sit p̃a sup põ.q̃ portio alicuius nõ est eq̃lis illi cui̅ est portio:⁊ cum quo est eiusdẽ rõnis:hoc vꝛ per se notũ:qꝛ si negaret eodẽ mõ posset dici q̃ pars ⁊ illud cui̅ est pars eẽnt idẽ vl̃ eq̃lia.¶ 2a suppõ.si vnũ supexcedit ⁊ trãscẽdit aliud ⁊ non ab aliq̃ parte excedit ab illo illa nõ sunt equalia:qõ videt esse ꝑ se manifestũ ex qd nois eq̃liũ.¶ 3a suppõ.si ab eq̃libus eq̃lia demas que remanent erũt eq̃lia:siue dẽpta habeant ꝓportionẽ ad residua siue nõ:sicut si a duob̃ angulis rectis remoueant̃ duo anguli ꝓtingentie eq̃les:restant equalia.Et itez̃ si eq̃libus iungant̃ ineq̃lia tota fiũt ineq̃lia siue habeãt ꝓportionẽ siue nõ sicut ꝓus:⁊ nõ est ratio q̃re ista sint magis vera de finitis q̃ de infinitis si essent.¶ Tunc sit 2a ꝓ.Aliq̃ duo ifinita nõ sunt eq̃lia.ꝓbat.nã sit.a.corpus ifi̅m vndequaqꝫ per aduersariũ:tũc in eo pot signari portio que est pedal̃r lata ⁊ ꝓfunda:⁊ in ifi̅m longa solũ versus occidẽtẽ q̃ sit.b.tũc arguit sic.a.⁊.b.nõ sũt eq̃lia.g̃ aliq̃ duo ifinita nõ sũt eq̃lia.añs pz:qꝛ.b.est portio.a. ergo ꝑ ꝑmã suppõnẽ.b.⁊.a.nõ sunt eq̃lia.Sed ꝓña ꝓbat. nã ip̃m.a.est simpl̃r ifinitũ ex casu:⁊.b.nõ:lꝫ possit ex ipso b.fieri simpl̃r infinituꝫ sine additione ⁊ sine rarefactione fm qõ patet ex probatione precedẽtis cõclusionis.ergo si a.⁊.b.nõ sunt equalia aliqua duo infinita nõ sunt equalia.¶ Cõfirmatur añs huius rõnis.a.trãsit vltra.b.in aliqua parte ⁊ nõ excedit a b.in aliq̃.ergo nõ sunt eq̃lia.añs pz. ex casu.ꝓñtia tꝫ per 2am suppõnẽ.¶ Scõo.sit.a.pedaliter latũ ⁊ ꝓfundũ ⁊ in infinitũ longũ versus occidentẽ solusꝫ: ⁊.b.sil̃i mõ:⁊ superponant̃ ita q̃ vnũ nõ transcẽdat alterũ:tunc.a.⁊.b.vident̃ esse eq̃lia:si aliq̃ infinita sunt eq̃lia. deide iungat̃ ipsi.a.corpus q̃tuoꝛ pedũ:⁊ fit.c.⁊ ipsi.b.iungat̃.d.corpus vnius pedis:tũc arguit.si.a.⁊.b.nõ sunt eq̃lia habet̃ intentũ:si sint eq̃lia.ergo per 3am suppõnem:adiunctis.c.⁊.d.ineq̃libus tota fiunt ineq̃lia.ergo duo infinita.s.a.c.ex vna parte:⁊.b.d.ex alia sunt non equalia:qõ est ꝓpositũ.¶ Cõfirmat̃.sint.a.⁊.b.corpora vt pri̅:⁊ trahat̃ a.ad orientẽ vsquequo.a.trãseat extremitatẽ.b.tunc.a.superpositũ.b.trãscẽdit ipsuꝫ.⁊ nõ ecõuerso.g̃.a.⁊.b.nõ sunt eq̃lia.¶ Tertio.sint.a.⁊.b. duo infinita q̃litercunqꝫ:non tamẽ vndiquaqꝫ:tũc adiungat̃.c. q̃drupedale ipsi.a.⁊.d. vnius pedis ipsi.b.tũc vel duo infinita.a.c.⁊.b.d.nõ sunt eq̃lia:⁊ habet̃ ꝓpositũ.vel sunt eq̃lia:⁊ tunc dẽptis equalibus.s.a.⁊.b.remanẽt ꝑ 3am suppõnẽ.c.⁊.d.eq̃lia:qõ est cõtrapositũ.Si dicat̃ q̃.a.⁊.b.nõ sunt eq̃lia B est qõ peto:⁊ sic semp sequtur ꝓpositũ.¶ Cõfirmat̃.sint.a.⁊.b.vt prius: que si nõ sint equalia:bꝛ intentũ:si sint equalia:adiungat̃ ipsi.a.fm latum vnũ infinitũ omnino sile:quod fit.c.⁊ ipsi b.vnũ pedale:qõ fit.d.tunc vel.a.c.⁊.b.d.sunt equalia vel nõ equalia:si nõ equalia:habet̃ intentũ:si sint equalia:tũc per 3am suppositionẽ:demptis.a.⁊.b.e qualibet remanebit c.infinitũ equale.d.finito:qõ est ipossibile.¶ Quarto pot argui de multitudinibus:⁊ sit.a.m̃titudo partiũ ꝓportionaliũ vnius ordinis quãti pedalis:⁊.b.multitudo infinita partiũ ꝓportionaliũ alteri̅ ordinis.vt vbi grã.a.sit multitudo medietatũ ꝓportionaliũ:⁊.b.tertiaꝫ:tũc ipsi.a.addatur vnitas:q̃ sit.c.⁊ ipsi.b.addat̃ vna alia multitudo ifinita:que sit.d.tunc si.a.⁊.b.nõ sunt eq̃lia bꝛ itentũ:si sint eq̃lia.aut ergo.a.c.⁊.b.d.nõ sunt eq̃lia:⁊ B̃ est ꝓpositũ.si sunt eq̃lia:tũc dẽptis eq̃lib̃.s.a.⁊.b.residua remanẽt eq̃lia.s.c. vnitas ⁊.b.m̃titudo ifinita:sꝫ B̃ est ipos̃le.ꝓñtia tꝫ per 3am suppõnẽ.¶ Aliter pot argui.qꝛ q̃dã multitudo ifinita est portio alteri̅ multitudinis ifinite.g̃ q̃dã cuidã nõ est eq̃lis.ꝓñtia tꝫ per p̃am suppõnẽ.ꝓbat añs.qꝛ si sit multitudo infinita alboꝝ ⁊ nigroꝝ simul:multitudo infinita alborũ solũ est portio m̃titudinis ifinite alboꝝ ⁊ nigroꝝ occupãtiũ ptes ꝓportionales alic̃ ꝓtinui iuxta imaginationẽ 4.e rõnis ad p̃am ꝓnẽ.¶ Cõsil̃i mõ pot argui de vtutib̃:qꝛ nõ dicunt̃ ifinite:nisi qꝛ pñt ꝓducere ifinitũ effectũ:⁊ ideo ex nõ eq̃litate effectuũ arguet̃ nõ eq̃litas cãꝫ vel virtutum.¶ Cõcludat̃ ergo q̃ in quolibet gñe in quo nõ pñt imaginari ifinita aliqd alteri est nõ eq̃le:⁊ hoc cõcludat̃ iuxta dicta ⁊ ꝓcessa aduersarioꝝ.¶ 3a ꝓ. Nulla ifinita sunt adinuicẽ cõparabilia.ꝓbat̃.nullũ ifinitũ est maius alio nec minus ꝑ p̃am ꝓnẽ.g̃ vel oia sunt eq̃lia vel nõ sunt adiuicẽ cõparabilia:sꝫ nõ oia sunt eq̃lia ꝑ 2am ꝓnẽ.g̃ oia non sunt adinuicẽ cõparabilia:⁊ B̃ dicit ꝓ.¶ 4a ꝓ. Infinita si eẽnt nõ eẽnt adiuicẽ cõparabilia.pz per ꝓnẽ ꝓcedẽtẽ:etiã eẽnt adinuicẽ cõparabilia.ꝓbat̃.qꝛ ad ipos̃le sequit̃ qõlibꝫ.mõ ipos̃le est eẽ ifinitũ.⁊ ꝑ ꝓñs ipos̃le est eẽ ifinita:sicut dictuꝫ est in ꝓcedẽti qõne.g̃ ⁊c̃.¶ Juxta dictas ꝓnes ifero q̃dazꝫ corr̃la.¶ p̃m.ifinitũ nõ pot augeri nec addẽdo finitũ nec addẽdo ifinitũ:pz B̃:qꝛ augeri est fieri mai̅.modo ifinitũ nõ pot fieri maius.al̃r enꝫ aliqd eẽt maius ifinito. qõ est ꝗ p̃am ꝓnẽ.¶ 2m corre̅.q̃ nec pot minui nisi tollẽdo ifi̅m: ⁊ cũ B̃ q̃ remaneat solũ finitũ:vñ existẽte ifinito non pot minorari.¶ 3° sequit̃.q̃ nõ pot duplari nec triplari:qꝛ B̃ est augeri:nec ẽt subduplari vel subtriplari:qꝛ tunc diminueret̃ ipso remanẽte ifinito.mõ nunq̃ finitũ est subduplũ ad ifinitũ.al̃r enꝫ ex duob̃ finitis posset cõstitui ifi̅m: qõ est falsuꝫ.¶ 4° sequit̃.q̃ ifiniti nõ est pars ꝓprie dcã nec aliquota:sic̃ duo sunt pars ipsoꝝ sex:nec ẽt nõ aliquota:sicut tria sunt ꝑs ipsoꝝ qnqꝫ.pz.nã talis pars ifiniti nõ est aliqd finitũ:qꝛ ifiniti ad finitũ nõ est aliq̃ ꝓportio:nisi sic̃ linee ad pũctũ.Nec est aliqd ifinitũ:qꝛ tunc ifinitũ ad ifinitũ bꝛet aliquã certã ꝓportionẽ q̃ est iter maius ⁊ minus:ẽt oꝫ ꝑs est minoꝛ suo toto ⁊ sibi cõparabilis:sꝫ ifinitũ ifinito nõ est cõparabile:nec minus nec maius.¶ 5° sequit̃.q̃ ifinitũ nõ est totũ nisi valde ipropꝛie.pz.qꝛ totũ dꝛ relatiue ad ptẽ:⁊ iaꝫ ostẽsuꝫ est q̃ nõ bꝫ ptẽ.g̃ ⁊c̃.¶ 6° sequit̃.q̃ ipsi̅ ifiniti est portio valde ipropꝛie:sic̃ forte diceret̃ pũctũ eẽ portionẽ linee:sicut dꝛ ꝑ posterioꝝ q̃ suba linee est ex pũctis:⁊ sic linea diceret̃ poꝛ° infiniti:⁊ ifi̅m poꝛ° ifiniti:sꝫ nõ ꝓpe:qꝛ ifinitũ nõ bꝫ ꝓprie portionẽ neqꝫ finitã neqꝫ ifinitã.¶ 7° seqt̃.q̃ ifi̅m posset demi ab ifinito:sꝫ eẽt absqꝫ diminutione ifiniti:imo ifinities ifinita sic̃ pot patere ex p̃a ⁊ 4a rõne facta ad p̃am ꝓnem.¶ 8° seqtur. q̃ per cõtinuã augmẽtationem finitũ fieret subito ifinitũ:si pos̃le esset fieri ifinitũ:ita q̃ in instãti fit finitũ:⁊ imediate post ifinitũ:vel eꝫ.s.in istãti est ifinitũ:⁊ imediate añ erat finitũ.Sicut pz in exẽplo in trãspositione partiũ ꝓportionaliũ:vnde est vnũ instãs in quo fit trãspositio subito de multitudine finita ad ifinitã recte:sicut est dare p̃m instãs in quo q̃libet pars ꝓportionalis alicuius cõtinui est ꝑtrãsita:⁊ imediate añ illud istãs nõ.¶ 9m corre̅.q̃ ꝑ subtractionẽ finiti ab ifinito ifinitũ fieret subito finitũ:ita q̃ in tali subtractione deueniret̃ ad aliqd istãs in quo p̃ erit verũ dꝛe nunc illud ꝑ subtractionẽ factũ est finitũ:⁊ imedia-

te ante ꝑ non. ¶ 10° sequit. q̃ ifinitũ non pōt mouere infinitũ nec successiue nec subito. ⁊ hoc dicit Arist. p̃ huius. nō successiue: qr talis velocitas seqtur ꝓportionē mouētis ad motũ: mō infiniti ad ifinitũ nō est ꝓportio: nec subito: qr tūc infinitũ eēt maius ifinito in ifinitũ: qd̄ est falsum.

Ad rationes. Ad p̃am qñ dicebat infinitũ si esset: eēt q̃tũ. vex est: etiã si eēt ipm nō eēt q̃tũ cũ ad ipoſe sequãtur ꝗdictoria: ⁊ sic ifinitũ si esset vel si eēnt plura vnũ eēt maius alio: ⁊ eēt sibi cōparabile: ⁊ nō eēt maius alio: nec eēt sibi cōparabile: ⁊ iō qcqd tibi placet seqtur ad infinitũ esse. ¶ Ad 2am. oē cōparabile ⁊c. ꝓcedo totũ: sz nego q̃ sit sic de ifinito: qr ifinitũ nō est alicui cōparabile. ¶ Ad 3am. ifinitũ eēt cōparabile finito ⁊c. ꝓcedo. etiã dico q̃ nō eēt cōparabile finito: cũ sic iaz dicebat ad ifim eē sequant ꝗdictoria: postq̃ ifinitũ esse est impoſe: sicut ꝑbatũ est in ꝓcedēti qōne: ⁊ cōformiter ēt pōt rñderi ad oēs alias rōnes iuxta idem fundamētum.

¶ Quod quidem igitur non est corpus omnino infinitum ex his manifestum ⁊c. Textu cōmēti septuagesimi quinti. Questio. XI.

Extum ꝓpositoꝛ erat. vtrũ mũdus sit magnitudo finita vel ifinita: videt q̃ sit magnitudo ifinita: qr totũ occupat. tale aũt est infinitũ. ¶ Scdo nisi mũdus eēt magnitudo ifinita extra mũdũ videret eē spatiũ ifinitũ. ⁊ sic adhuc seqt q̃ eēt dare actu ifinitũ: cuius oppom ꝑus dcm̃ est. ¶ Et cōfirmat. qr si mũdus eēt magnitudo finita aliquis exrñs in extremo mũdi vtiqz posset extēdere brachiũ suũ: cũ nullũ videat esse ipediēs ipm. ⁊ per ꝓñs ibi vz esse spatiũ: ⁊ non finitũ: qr nō vz rō vsqz ad q̃tũ illud spatiũ eēt extensuz p̃cise. ¶ Et cōfirmat. qr nisi extra mũdũ esset spatiũ vel locus: sequeret q̃ vltimũ celum nō moueret localr. hoc est falsum. falsitas ꝓñtis pz. qr mouet ⁊ non alio motu specie a motu locali. ergo. ꝓñtia ꝑbat. nam tunc vltimũ celũ nō esset in loco: ⁊ per ꝓñs non mutaret locum: ⁊ cum latio seu motus localis sit loci mutatio: seqtur illud quod dictũ est: scz q̃ vltimum celum non mouetur localiter.

Oppositum vult Arist. in lra qui ꝑbat hoc tanq̃ vnã ꝓnē ꝓncipalē q̃ mũdus sit magnitudo finita. ¶ Dic erunt duo articuli. Primus erit de ꝓncipali q̃sito. Scds erit postq̃ mũdus est magnitudo finita. vtrũ extra ipsuz sit aliqd. puta spatiũ infinitũ vel aliquid aliud. de quo iam tangebat in arguendo.

De primo sit ista ꝓ. q̃ mũdus est magnitudo finita. ꝑbat. mũdus est magnitudo iuxta prius dicta. vel ergo est magnitudo finita vel ifinita. si finita: habet ꝓpositũ. si infinita: tūc seqtur q̃ aliqd eēt actu infinitũ: cuius oppositũ ostensuz est in precedētibus.

De secundo videt q̃ extra mũdũ sit locus: quia alr nō posset saluari q̃ vltimũ celuz moueret localr. ¶ Deinde videt q̃ extra munduz vtiqz sit spatiũ: qr extra mũdũ deus posset adhuc creare vnum lapidē: sed talis nō esset in idiuisibili: imo aliqd̄ spatiũ diuisibile videret occupare. ¶ Scdo. qr de' talē lapidē ex mũdũ creatũ pōt mouere motu recto: ⁊ facere eũ distare plus ab vltimo celo q̃ ꝑus: sed nō pōt talia facere nisi per spatiũ. ¶ Tertio. de' extra mũdũ posset creare duos lapides: quoꝛ vnus esset extra alteꝛ. g̃ videt q̃ de facto extra mũdũ sit ex: sed ex est dria loci vel spatij. g̃ vz q̃ ex mũdũ sit spatiũ. ¶ Confirmat. qr si tales lapides nō essent sibiinuicē imediati: sicut deus posset eos creare: tunc vnus videret distare ab alio. ⁊ p ꝓñs ex celũ videret eē distantia per quã tales lapides creati distarēt. ¶ Quarto. nã ponat q̃ deus extra hũc mundũ formet duos alios mũdos: ⁊ illi tres mũdi ꝓtingerēt se sicut sphere imaginant se ꝓtigere: vz q̃ iter illos tres mũdos ⁊ pũcta in qb' ꝓtingerēt se eēt spatiũ mediũ ⁊ distãtia media. alr enim tãgerēt se fm superficies ⁊ nō fm pũcta: qd̄ est falsuz. ¶ Quinto. nō min' cōcedēdũ est spatiũ extra celũ q̃ iter orbē lune eēt ꝓcedēdũ si oia corpora ifra ꝓcauũ orbis lune exrñtia eēnt annibilata: sz tali annibilatione fcã adhuc iter latera celi eēt spam. ꝑbat. qr adhuc latera orbis lune distarēt: sicut nũc posito q̃ orbis lune remanet in sua q̃titate ⁊ figura. vñ nō oportet ꝓpter talē annibilationē latera celi sibiinuicē eē ꝓxima quēadmodũ bñ accidit de laterib' vesice expulso aere. ¶ Et ꝓfir. tali annibilatione fcã de' de nouo pōt creare vnũ lapidē infra latera celi q̃ plus distaret ab vno polo q̃ ab alio: imo pt illũ lapidē mouere ab vno polo ad aliũ: ista aũt nō pñt saluari nisi inter latera celi remaneret distãtia. ¶ Sexto. vbi nō est corp': sz pōt eē: ibi est vacuũ: sz extra mũdũ nō est corp' cũ mũdus sit vniuersitas entiũ: sz pōt ibi eē: qr de' posset ibi creare corp' de nouo. g̃ vz q̃ extra mũdũ sit vacuũ ifinitũ: cũ nō appareat ad q̃tũ illud p̃cise deberet terminari. ¶ Septimo. vz q̃ vtiqz ex mũdũ sit aliqd: qr dicit Arist. in lra extra mũdũ eē entia inalterabilia optimã vitã ducētia. ¶ De isto articulo sit p̃a ꝓ. Extra mũdũ nō est corp'. ꝑbat sic. oē corp' vel mũdus est vel ps mũdi: imo oē ens ⁊ nō solũ corp' cũ mũdus sit vniuersitas entiũ: sz nec mũdus nec ps mũdi est extra mũdũ. g̃ ⁊c. ¶ 2°. si ex mũdũ eēt corp' vel ꝑ eēt simp' vel mixtũ cũ oē corpus sit tale. si dicat q̃ sit simplex: cuz nō sint nisi qnqz corpora simplicia fm spēm: oporteret q̃ illud corp' eēt alicui' spēi de istis qnqz: ⁊ sic oporteret q̃ vel eēt nãe celestis vel nãe elntoꝛ. si nãe celestis eēt pars mũdi: ⁊ sic nō eēt ex mũdũ. si nãe elntalis adhuc eēt ps mũdi: ⁊ sic nō eēt ex mũdũ. si aũt eēt mixtũ adhuc eēt ps mũdi: ⁊ sic nō eēt ex mũdũ. vñ oē corp' siue sit simplex siue mixtũ est ps mũdi. ¶ 3°. si extra mũdũ eēt corp': vel ꝑ eēt ibi nãlr: vel violēte: si eēt ibi nãlr: ꝑ nō pōt dici: qr oē corp' siue simp' siue mixtũ bz alibi q̃ extra mũdũ locũ suũ nãlē: ⁊ cũ vni' corpis fm spēm nō sint plura loca nãlia fm spēm: seqtur q̃ tale corp' nō eēt ibi nãlr: nec pōt dici q̃ violēte: qr tūc ille loc' eēt alicui alteri corpori nãlis: qd̄ est ipoſe: qr neqz eēt nãlis simplici neqz mixto. ¶ 2ª ꝓ. Extra mũdũ nō pt eē nãliter aliqd̄ corp'. ꝑbat. qr nec pōt ibi eē nãliter corpus simplex nec corpus mixtũ: qr tale nec pōt ibi eē nãliter nec violēte: sicut iam ꝑbat. ¶ 3ª ꝓ. Extra mundũ nec est nec pōt esse nãliter aliqs locus. ꝑbat. naz si sit talis locus esset alicui corpori nãlis ⁊ alicui alteri violētus: quod est falsuz: sicut pz ex iam ꝑbatis. ¶ 4ª ꝓ. Extra munduz nec est nec pōt esse vacuũ. ꝑbatur. nam vacuũ dicitur vbi nō est corpus: sed pōt esse. modo lz extra celũ non sit corpus cũ hoc etiã nō pōt ibi esse corpus: ⁊ per ꝓñs nō est ibi vacuũ nec pōt esse. vñ hic terminus vacuũ cum sit terminus priuatiuus nō significat solũ carētiã corporis alicubi: sz cũ ꝑ cōnotat aptitudinē eēndi corp' ibidē. ¶ 5ª ꝓ. Nec extra mundũ pōt nãliter esse motus. ꝑbatur. vbi non potest naturalr esse corpus nec potest esse locus ibi nō potest esse motus: sed extra celum nō possunt esse ꝑ. ergo ⁊c. maior est nota. ex hoc q̃ ad oēm motũ reqrit corpus. minor pz ex dictis. ¶ 6ª cōclusio. Extra mundũ non pōt esse tēpus. ꝑbatur. vbi non pōt esse motus: ibi nō potest esse tēpus: sed extra mundũ non pōt esse motus per p̃cedentem cōclusionē. igit nec tempus. maior pz. ex hoc q̃ tēpus est idem cum motu quarto phyſicoꝛ. ¶ 7ª cōclusio. Deus ⁊ intelligētie: nec sunt extra mũdũ: nec sunt in mũdo circũscriptiue pz ex eo: qr huiusmodi carent situ ⁊ magnitudine. ¶ 8ª ꝓ. Deus ⁊ intelligētie sunt extra mũdũ priuatiue:

idest non

idest non habent situm in mundo.patet per precedẽtem ꝓnem:cum quo bene stat ꝙ deus ⁊ intelligẽtie sunt ꝑs mũdi:lz non habeant sitũ in mũdo.¶ Ex oibus his ꝓcludit hoc qd Aristo.dicit in p̃ huius.ꝙ extra mũdũ:nec est corpus:nec est locus:nec est vacuũ:nec est motꝰ:nec est tẽpꝰ: sed extra mũdũ sunt entia inalterabilia optima⁊ vitã ducentia:exponẽdo ly extra priuatiue ꝟm intellectũ p̃cedentis ꝓnis.¶ Nona ꝓ.Ad saluandũ ꝙ deus supnaturaliter extra mũdũ posset creare vnũ lapidẽ vel duos:vel vnum alium mũdum vel plures:nõ op⁊ ponere ꝙ de facto extra mundũ sit spatiũ vel vacuũ vel distãtia vel aliqd tale.pbat.nã si extra mũdũ de facto eẽt aliqd tale:deus posset illud annibilare:⁊ nõ minꝰ illo annibilato posset creare ex munduz illa que vellet sicut mõ.igit modo ponere extra mũdũ tale spatiũ vel talẽ distãtiã ꝓpter creationẽ alicuiꝰ extra mũdũ poſem supnaturalr videt esse frustra oino:qz cõsiles fierent difficultates tali spatio annibilato q̃ fiunt modo.Etiã bene verisile apparet ꝙ deus nõ velit facere aliqd extra istũ mũdũ:nec etiã aliũ mũdũ extra istũ:qz si plures creaturas mũdanas voluisset fecisse potuisset istuz mũdũ in duplo vl in triplo maiorẽ fecisse:⁊ sic ꝓpter creationẽ aliquoꝝ de nouo nõ oportuisset ipm dimisisse extra istũ mũdũ aliqd spatiũ.¶ Decima ꝓ est.Si oia ifra orbẽ lune eẽnt annibilata:celo remanẽte in sua figura ⁊ q̃ntitate nihil esset inter latera celi.patet de se. nam si aliquid esset inter latera celi non omnia essent annibilata inter latera celi:qd est ꝑ hypothesim.¶ Undecima ꝓ.Tunc oẽs iste eẽnt negãde.vacuũ est iter latera celi:distãtia est iter latera celi ⁊ cõsiles.pz qz eẽnt affirmatiue quaꝝ subiecta pro nullo supponerẽt.¶ Duodecima ꝓ.Adhuc vnus polus distaret ab alio distãtia curua.pz:qz tal distãtia curua puta medietas celi eẽt iter eos.¶ Tredecima ꝓ.Tali casu posito poli mũdi:⁊ sil'r latera celi nõ distarẽt distãtia recta. pbat.nã tũc si ꝟm lineã rectã iter ea esset distãtia nõ oia eẽnt annibilata iter orbẽ lune:qd est ꝑ hypothesiz.¶ Sz diceres.si in dicto casu nõ distarẽt distãtia recta.q̃ tãgerẽt se.negat ꝓntia.nã plus ad tactũ reqrit.s.ꝙ vnũ sit ꝓtẽsuz vsqz ad aliud:sed hoc deficeret in dicto casu.¶ Adhuc diceres.si nõ distarẽt saltẽ eẽnt imediata ꝓpter hoc ꝙ aliq̃ dicunt imediata ꝓpter priuationẽ medij iter ea.modo in dicto casu inter ea nõ esset mediũ.¶ Rñdet ꝙ si ly imediate exponit improprie.s.negatiue solũ:sic ꝙ illa dicant imediata iter q̃ nõ est mediũ:⁊ ꝙ ꝟ sufficiat:bñ cõcedere ꝙ essent imediata:nec ꝓpter hoc oporteret ꝙ essent prima:sz si ly imediate exponat ꝓprie:⁊ affirmatiue.s.sic ꝙ talia sint cõiuncta ꝟm supficies eoꝝ extremas:⁊ inter ea nõ interciperet mediũ:tunc nego.ꝙ in isto casu latera celi eẽnt imediata:qz lz iter ea nõ interciperet mediũ:non tñ ꝓpter hoc sunt cõiuncta:⁊ prima ꝟm supficies eoꝝ extremas:nec vnũ eoꝝ esset ꝑtensuz vsqz ad aliud:nec cõtingerent se:qd tñ requirit ad aliq̃ esse prima ⁊ cõiuncta:⁊ eẽ imediata dicto mõ.¶ Juxta istã imaginationẽ dico.ꝙ si deus crearet iter latera celi vnã fabã oibus alys prius sic annibilatis iter latera celi põt illa faba moueri absqz hoc ꝙ fieret ꝓpinquior vel remotior a lateribus celi.¶ Sed diceres:quo motu vel locali vel alterationis vel augmẽtationis ⁊c.Dico ꝙ vno motu:qui nõ esset alterationis nec augmẽtationis nec localis:lz eẽt eiusdẽ speciei cum motu locali:⁊ hoc si per motũ localez itelligimus motũ quo aliquid mutat locũ verum:⁊ nõ solum imaginatũ vel imaginabilẽ.vnde dico ꝙ talis motus fabe nõ eẽt localis sic accipiẽdo motum localẽ:⁊ tñ esset eiusdẽ speciei cũ eo recte: sicut sortes lz non haberet albedinez:tñ bene adhuc esset eiusdẽ speciei cum platone albo:ita ꝙ sicut albũ est qdã predicatum non pertinens ad subam sortis vel platonis: sic dico ꝙ ly localẽ est qdam nõ ꝑtinens ad subam motꝰ qui dr localis vel motus eiusdẽ speciei cum motu locali: hoc nõ obstãte dico.ꝙ adhuc nõ sunt nisi tria genera motuuz.s.augmẽtationis ⁊ diminutionis cõputando ambos pro vno:⁊ motus alterationis:⁊ motꝰ qui dicit localis denoiatione accidẽtali ⁊ extrinseca:si ꝟm ipsum mobile mutat locuz verũ:sed nõ diceret localis:si mobile ꝟm ipsum non mutaret locuz.¶ Juxta idem dico.ꝙ vltima sphera nunq̃ mouet motu locali:nisi tunc largius vellemus capere motum localẽ:scz quo aliquid mutat locũ veruz vel imaginatũ vel imaginabilez:sed vltima sphera bene mouet motu eiusdẽ speciei cum motu locali.¶ Juxta dictã imaginationẽ vlterius possumus imaginari:ꝙ sicut deus posset omnia infra latera celi annibilare absqz hoc ꝙ latera celi se tãgerent sic in aliquo paruo loco:vt in grano milij ipse põt ponere vnũ corpus ita magnũ sicut totalis mũdus absqz aliqua ꝓdensatione vel rarefactione vel corporũ penetratione:vñ ita imaginãduz est de corpore christi in hostia parua:nam in illa parua hostia corpus christi est ita magnũ sine cõdensatione ⁊ penetratione q̃cunqz sicut erat ꝑ nobis peccatorib⁹ suspensuz in cruce.¶ Juxta idẽ possumus imaginari ꝙ in tali ꝓuo grano milij posset crea ri vnũ spatiũ centũ vel mille leucarũ:vel quotquot volumus.Et ꝓnter imaginãdũ est ꝙ aliqs bõ in vno g̃no milij posset ambulare ꝑ mille leucas de vno extremo anteq̃ ꝑueniret ad aliud:⁊ plura alia silia iuxta hoc eẽnt ꝓcedẽda.

Ad rationes.

¶ Ad p̃am.mundus occupat totuz: põt hic dici ꝙ mũdus non occupat aliud spatiũ a se:⁊ ideo sicut nõ occupat seipsuz:ita nõ occupat aliud spatiũ.Uel aliter dicat sicut ꝓus dicebat qñ dr ifinitũ est qd totũ occupat vel est ꝙ totũ occupat spatiũ vel ⁊ imaginabile:sed hoc nego de mũdo.¶ Ad 2am. nisi mũdus esset magnitudo ifinita extra mundũ eẽt spatiuz infinitũ.nego ꝓntiã:qz nec ꝓpter hoc esset extra mundum spatiũ finituz nec infinitũ.Ulterius gratia materie argumẽti dico ꝙ extra mundũ deus posset creare bñ spatiũ finitũ:tantũ quãtũ sibi placeret absqz hoc ꝙ illud spatiũ esset ifinitũ.¶ Ad 3am.si mũdus eẽt magnitudo finita: tunc aliqs exñs in supficie vltimi celi posset extẽdere brachiũ suũ.nego.⁊ cum dicebat nullũ esset ipedimẽtuz resistens vltra mundũ:placet mihi:sed vlterius dico ꝙ ꝟ nõ obstãte nõ posset ꝓpter defectũ receptaculi:sicut loci vel spatij in quo brachiũ recipere brachium suũ extendere.¶ Ad cõfirmationẽ.si extra celũ nõ esset locus vel spatiũ vltima sphera nõ moueret local'r.cõcedo.cum quo tamẽ bene stat ꝙ mouet motu eiusdẽ speciei cũ motu locali.Et de hoc dicebat in corpore q̃stionis.¶ Deinde erant ibi facte alie rõnes.Juxta 2m articulũ q̃onis:q̃bus etiã ꝑbabat ꝙ extra mũdũ esset spatiũ:que etiã restãt soluẽde.¶ Ad p̃am.extra mũdũ deus posset creare vnũ lapidẽ.placet mihi:sed vlterius dico ꝙ talis lapis nõ esset in aliquo spatio neqz diuisibili neqz indiuisibili:qz nõ esset in loco aliquo sicut nec totalis mũdus:bene tamẽ cõcedo ꝙ quãdo crearetur lapis extra mundũ:etiam crearet spatiũ extra mũdum:⁊ illud spatium non esset aliud q̃ ille lapis creatus.¶ Ad 2am.deus põt illum lapidẽ creatum extra mũdum mouere elongando ipsuz a celo.dico ꝙ verum est:sed hoc non põt esse:nisi etiã crearet spatiũ in quo moueret:⁊ per quod haberet certum sitũ ad centrum vel celũ:⁊ ad partes celi:sed postq̃ deus absolueret illum lapidẽ a determinato situ ad celũ ipse:nec esset prope celũ nec longe a celo: ⁊ de hoc etiã dicebat in corpore q̃stionis.¶ Ad 3am deus potest extra mũdum duos lapides creare:quoꝝ vnus eẽt extra alium:cõcedo accipiẽdo ly extra negatiue ad istum sensum ꝙ vnus nõ esset in alio:sicut nec vna intelligentia

est in alia:sed vlterius dico q̃ non pōt facere vnū eorum extra aliū positiue:nisi cōcrearet eis spatiū vel distātiam per qd̄ vel quā vnus eorū esset extra aliuz. ⁊ vlterius dico q̃ extra negatiue acceptū non est differētia loci vel spatij: sed bene extra positiue ⁊ affirmatiue acceptū. ¶ Ad 4^{am}. ex eodē fundamento dicatur. ¶ Ad 5^{am} dico.q̃ soluit̄ ex his que dicebant̄ in 2°articulo. ¶ Ad 6^{am}.vbi non est corpus:sed pōt esse:ibi est vacuū.breuiter illud pōt negari:qz vacuū non debet imaginari tanq̄ dimensio separata:sed tanq̄ corpus nō locans qd̄ aptū natū est locare:⁊ qz extra mundum nō est tale corpus:sequtur q̃ nec est ibi vacuum. ¶ Juxta istud dico.q̃ si oia infra orbē lune eēnt annihilata non ꝓpter hoc inter latera celi esset vacuū:lz bene cōcederē q̃ orbis lune esset vacuus:⁊ iuxta hoc esset concedendū q̃ vacuū esset vna bona res puta celū. ¶ Sed diceres cōmuniter dicit̄ q̃ vacuū nihil est.cōcedo:qz nullū est corpus qd̄ aptū natū sit locare qn de facto locet:⁊ ita ꝗ debet intelligi:⁊ nō aliter.⁊ istud cōcordat dictis Aristotelis in 4° physicorū:qz ipse vocat locū non dimensionem separatā nō occupatā corpore:sed corpus locans ꝓm vltimam eius supficiem.Sic etiā ꝓm hoc nō debemus vocare vacuū dimēsionē separatā:vel imaginatā nullo corpore occupatā:sed debemus vocare vacuū corpus qd̄ nō locat:sed aptū natū est locare:⁊ ió dicit Aristo.4°physicorū. describēs vacuū q̃ sit locus nō repletus corpe. ¶ Ad 7^{am} extra mūdū sunt entia inalterabilia ⁊c. quid sit dicendum ad ꝗ etiam patet ex ꝗbusdam cōclusionibus positis iuxta 2^{m} articulum.Et hoc de questione sufficiat.

¶ Ad medium itaq̄ q̃ huc si infertur terra inde hinc feretur illuc ꝓm naturam:⁊ si manet hic inde non violentia:⁊ feretur ꝓm naturā huc. vna enim ꝓm naturam ⁊c.Textu cōmenti septuagesimi septimi. Questio. XII.

Dnum est iuxta ordinē Aristotelis ꝓcedere:⁊ querere mō circa tertiā mām ꝓncipalem quā pertractat Aristo.in ꝓ huius.ſ.iuxta finitatē mūdi in multitudine:circa quā duo sunt inqrenda. Primū est.vtrū supposito q̃ eēnt plres mūdi:terra vnius mūdi moueret̄ ad medium alterius mūdi.Scōm est.vtrū sint vel possint esse plures mūdi. ¶ De ꝓ arguit̄ q̃ nō. Nam si deus ad istū mūdum faceret vnū aliū:nō ꝓpter hoc terra vnius mūdi haberet aliā inclinationē quā habet:sed iam nō moueret̄ vel non inclinat̄ moueri alicubi nisi ad mediū huius mundi.ergo neq̄ tunc.assumptū pz:ex eo q̃ exquo terra est vnū corp^{o} simplex habet vnicam inclinationē:scz ad vnicū locum ⁊ non ad diuersa:scz ꝓm speciē. ¶ Scdo.si sic vel hoc esset nāliter vel violēter:nō nāliter.nā terra isti^{o} mūdi nō posset moueri ad medium alterius mūdi nisi ascēderet in isto mūdo:sicut pz intuēti.modo ascēdere nō cōpetit naturalr ipsi terre ꝓm nām eius ꝓpriam:sed violēter. Si aūt dicat̄ q̃ terra huius mūdi moueret̄ violēter ad mediū alterius mūdi:tunc nō oporteret nec esset necessariū si plures eēnt mūdi q̃ terra huius mūdi moueret̄ ad medium alterius mūdi postq̄ esset violentū.⁊ haberet̄ ꝓpositū. Et etiā qz hoc est ō Aristo.in littera q dicit q̃ nāliter terra vni^{o} mūdi moueret̄ ad terrā alteri^{o} mūdi.Et ex alio.qz si terra isti^{o} mūdi moueret̄ ad mediū alteri^{o} mūdi qñ veniret ad aliū mundū descēderet ad mediū alteri^{o} mūdi:mō descēdere ꝓuenit terre nāliter:⁊ nō violēter. ¶ Tertio.si esset alius mūdus ignis vnius mūdi non moueret̄ ad ignem alterius mundi.igitur nec terra ad terrā.ꝓnitia tz a simili.añs patz.

